

L.V.P.A. e.V. - Latinitati Vivaे Provehendae Associatio  
cum Instituto Litteris Antiquis Colendis Universitatis Varsoviensis  
omnes linguae Latinae vivaे fautores cultoresque magno cum gaudio invitat ad

# SEMINARIUM LATINUM VARSOVIENSE

**quod diebus 20.-27.8. MMXVIII Varsoviae in urbe habebitur.**



**Argumentum erit: „Graeci, Romani, barbari“.**

Excurremus

- ad palatium Ioannis Sobiescii regis, qui anno MDCLXXXIII Turcas ad Vindobonam vicit,
- ad „Balnea Regia“, scil. magnum hortum in urbe situm et saeculo XVIII exeunte a rege multis aedificiis ornatum, ubi sub divo concentum Chopinianum audire licebit,
- et in urbem veterem Varsoviam.

Praebebuntur inter alia

- scholae tironum, in quibus ei, qui nondum Latine didicerunt, modo vivo colloquia simplicia et elementa grammaticae discent
- scholae tironum provectorum, in quibus ei, qui Latine legere sciunt, ad loquendum adducentur.

Aderunt et acroases praebebunt prof. Maurus Augustus Romanus et prof. Valahfridus Stroh Monacensis.

**Nomina dare licet usque ad pridie Kal. Iul. (30.6.).**

Moderatrices: Caecilia Koch Germana Anna Zawadzka Varsoviensis  
L.V.P.A.e praeses [a.zawadzka@uw.edu.pl](mailto:a.zawadzka@uw.edu.pl)  
[caeciliameetella@web.de](mailto:caeciliameetella@web.de) tel.: (0048) 505 923 428  
tel.: (0049) 176/567 576 88  
(Germanicum)  
aut (0048) 794 081 754  
(Polonicum)

Computi argentarii:

Eis, qui Euronis solvent: 64 1160 2202 0000 0000 6084 9207

Eis, qui aureis Polonis solvent: 26 1160 2202 0000 0000 6084 9503

Adscribite: „LVPA IFK“ et nomen gentile.

Si vivis in terra, quae nec Euronis nec aureis Polonis utitur, ambo computi tibi patent.

Qui in devensorio „Puffa“ aut in devensorio „Helvetia“ pernoctare volunt (si loca libera restabunt), stipem seminarii in computos supra dictos solvant; de pernoctando et pernoctandi pretio solvendo separatim scribant ad Annam Zawadzkam ([a.zawadzka@uw.edu.pl](mailto:a.zawadzka@uw.edu.pl)).

## 1. De pretiis:

Seminarii stipes – ut solent – divisae sunt et accomodatae participibus, qui ex Oriente et Occidente oriantur; gratia liberalitatis Universitatis Litterarum Varsoviensis nobis licuit stipem omnibus 20 Euronis/ 80 aureis diminuere. Pernoctandi autem pretium pendet a loco et cubiculo.

Si quis ab Universitate Varsoviensi apocham (scil. testimonium pecuniae acceptae) accipere vult, ut universitas, academia scholave, in qua munere fungitur, pro eo solvat, necesse est pecuniam ex computo eius universitatis, academie scholaeve in computum Universitatis Varsoviensis mitti, cuius numerus supra indicatur.

### 1.1. Stips Seminarii (scil. sumptus ciborum et aulae lectionum):

Occidentalibus munere fungentibus et emeritis	433 PLN/115 €
Occidentalibus studiosis discipulisque	262 PLN/70 €
Orientalibus munere fungentibus et emeritis	195 PLN/ 50 €
Orientalibus studiosis discipulisque	130 PLN/ 35 €

**Sodales LVPAe 20 Euronis/80 aureis minus solvent.**

**Qui non omnibus diebus Seminarii intererit, pro unoquoque die septimam partem stipis solvet.**

- 1.2. **Premium excursionum**, quae ultimo die Seminarii fient (ad palatium Sobiescii et ad Balnea Regia):

munere fungentibus et emeritis 95 PLN/ 25€;

studiosis discipulisque 25 PLN/ 6 €

(etiam hoc premium gratia universitatis diminuere potuimus)

- 1.3. **Premium cenae finalis:** 150 PLN/ 40 €

Qui aut excursionibus aut cenae finali interesse noluerit, premium eius non solvet.

## **2. De locis pernoctandi:**

Seminarium habebitur in Instituto Litteris Antiquis Colendis (Instytut Filologii Klasycznej) universitatis Varsoviensis in ipso sinu urbis ad viam Krakowskie Przedmieście 1 sito.

**Omnia pretia indicata sunt pretia totius septimanae, scil. septem noctium.**

Deversoria, in quibus loca reservavimus, praesto sunt haec:

### **1. Hotel Harenda**

via: Krakowskie Przedmieście 4

Deversorium duarum stellarum (commodius quam cetera), 100 m ab Instituto, habebit anabathrum.

<http://hotelharenda.pl/en/>

Ientaculum in pretio includitur.

Pretia: PLN €

loci in cubiculo 1 lecti cum balneo 1750 461

loci in cubiculo 2 lectorum cum balneo 1015 267

Inter cubicula 2 lectorum cum balneo sunt etiam cubicula cum lectis matrimonialibus (eodem pretio).

### **2. Hostel PUFFA LUX**

via: ul. Karowa 31

400 m ab Instituto, cubicula singula et duplia

<http://www.puffahostel.com/pl/drugi-objekt>

Ientaculum hospites ipsi possunt in culina sibi facere aut 14 aureis poscere in deversorio. Qui magnum quietem desiderat, potius “Helvetiam” petat, nam parietes in “Puffa” tenues sunt.

Pretia:	PLN	€
loci in cubiculo 2 lectorum	475	125
loci in cubiculo 1 lecti	500	132
loci in cubiculo 2 lectorum cum balneo	475	125
loci in cubiculo 2 lectorum cum balneo	475	125

Inter cubicula 2 lectorum cum balneo sunt etiam cubicula cum lectis matrimonialibus (eodem pretio).

### 3. Helvetia

**prior pars: hostel**

via: ul. Sewerynów 7

200 m ab Instituto

<http://www.hostel-helvetia.pl/>

Ientaculum hospites possunt ipsi in culina sibi facere, aut 20 aureis ientaculum frigidum ab deversorio poscere, aut possunt etiam in caupona nostra solita Smakuś suo sumptu ientaculum emere (quae 100 m distat).

Pretia:	PLN	€
loci in cubiculo 8 lectorum	210	55
loci in cubiculo 6 lectorum	245	64,50
loci in cubiculo. 4 lectorum	295	77,50
loci in cubiculo 4 lectorum cum balneo	420	110,50
loci in cubiculo 3 lectorum	470	123,50
loci in cubiculo 2 lectorum	600	158
loci in cubiculo 2 lectorum cum balneo	780	205
locus in cubiculo 1 lecti matr. cum balneo	1550	408

**Altera pars: habitationes („apartamenti”)**

via: ul. Bartoszewicza 1 C:

Pretia:	PLN	€
loci in cubiculo 4 lectorum cum balneo	510	134

loci in cubiculo 3 lectorum		470	123,50
loci in cubiculo 2 lectorum		600	158
loci in cubiculo 2 lectorum	cum balneo	780	205
loci in cubiculo 1 lectorum	cum balneo	1550	408

Ut supra dictum est: Qui in deversorio „Puffa“ aut in deversorio „Helvetia“ pernoctare volunt (si loca libera restabunt), stipem seminarii in computos supra dictos solvant; de pernoctando et pernoctandi pretio solvendo separatim scribant ad Annam Zawadzkam ([a.zawadzka@uw.edu.pl](mailto:a.zawadzka@uw.edu.pl)).

Si omnia loca in media urbe reservata iam occupata erunt, praesto erunt plura loca reservata in aedibus universitatis nomine Hera (via: Belwederska 26/30), quae raeda publica 13 minutis ab instituto distat, et in “Domo Studentum” (via: Żwirki i Wigury 95/97), quae raeda publica 20 minutis distat et balneis privatis caret.

#### 4. Hera

[www.uw.edu.pl/hera](http://www.uw.edu.pl/hera)

via: Belwederska 26/30

Pretia:	PLN	€
loci in cubiculo 1 lecti cum labello	406	107
loci in cubiculo 2 lectorum cum labello	340	90

#### 5. Domus Studentum

<https://www.ds1.uw.edu.pl/ds/doku.php>

via: Żwirki i Wigury 95/97

Pretia:

	PLN	€
loci in cubiculo 1 lecti	350	92
loci in cubiculo 2 lectorum	315	83
loci in cubiculo 3 lectorum	280	74